

Nachdruck verboten.
Übersetzungsrecht vorbehalten.

Il sottogenere *Papuogryllacris*.

Pel

Dre Achille Griffini

(R. Istituto tecnico di Genova, Italia).

Intorno alle specie del genere *Gryllacris* SERV. ho in questi ultimi due anni pubblicato vari lavori, fra i quali uno studio monografico delle specie africane e parecchie note sopra specie di diverse regioni; intorno poi alle specie papuane di questo genere ho ora in corso di pubblicazione due lavoretti, nell' uno dei quali ¹⁾ mi sono occupato delle specie ad ali bicolori, macchiate o fasciate, di cui alcune nuove, e nell' altro dei quali ²⁾ ho descritto tre nuove specie ad ali jaline.

Ben confrontando poi fra loro le *Gryllacris* papuane, di cui ho potuto aver sott'occhi tutte le specie finora note, principalmente abbondanti nelle collezioni del Civico Museo di Storia Naturale di Genova, in quelle del K. Zoologisches Museum di Berlino e in quelle dell' University Museum of Zoology di Oxford, statemi gentilmente comunicate per studio, ho potuto riconoscere che alcune *Gryllacris* ad ali jaline meritano di essere distinte in un gruppo molto naturale,

1) A. GRIFFINI, Le *Gryllacris* papuane ad ali bicolori, in: Boll. Lab. Zool. gen. agraria, Portici 1909, Vol. 3.

2) A. GRIFFINI, Descrizione di tre nuove *Gryllacris* della Nuova Guinea, in: Societas entomol., 1909.

abbastanza ben caratterizzato e facilmente riconoscibile, al quale dò soltanto il valore di sottogenere, constatando che il gen. *Gryllacris*, ricco ormai di oltre duecento specie, richiede una divisione in gruppi naturali.

Il nuovo sottogenere viene così da me definito:

Gen. *Gryllacris* SERVILLE 1831.

(Typus generis: *Gr. signifera* (STOLL), synonym. *maculicollis* SERV.)

Papuogryllacris n. subg.

Species Novae Guincae vel insularum proximarum. Tibiis anticis et intermediis subtus, spinis apicalibus brevibus exceptis, utrinque tantum spinis elongatis 3 praeditis. Alis vitreis, venis venulisque testaceis. Lamina subgenitali ♂ apice posterius lobulo medio prominulo (formae differentis secundum species) instructa. Ovipositore, saltem in ♀♀ adhuc cognitis, longo, rectissimo, angusto, apice acuto.

(Typus subgeneris: *Gr. gestri* m.)

Le specie di questo sottogenere si possono così distinguere:

- A. *Lobulus terminalis laminae subgenitalis ♂ apice furcato-bilobus, lobulis divergentibus. Corpus statura robustiore. Frons saepe impresso-punctata*
 1. *Gr. dimidiata* BR.
 2. *Gr. ligata* BR. et earum subsp.
- AA. *Lobulus terminalis laminae subgenitalis ♂ haud furcato-bilobus. Corpus statura tantum modica, minus robustum. Frons haud crebre impresso-punctata. Elytra venis venulisque testaceis.*
- B. *Color corporis nigro-cyaneus violaceo nitens, submetallicus, excepto capite toto ferrugineo, maculis ocellaribus citrinis quarum frontali majuscula, necnon parte supera femorum posticorum luride testacea, dorso abdominis tarsisque omnibus et spinis pedum anticorum ferrugineis. Pronotum totum nigro-cyaneum. Elytra testacea. Lobulus terminalis laminae subgenitalis ♂ brevis, latus, planus, transversus, in medio leviter contractus, apice recte truncatus*
 3. *Gr. doriae* GRIFFINI 1909
- BB. *Corpus pallidum, nullo colore cyaneo metallico praeditum. Maculae ocellares parvae vel subnullae. Elytra testaceo-subhyalina.*
- C. *Spiniae posticae tiliarum posticarum totae nigrae et basi nigro circum-*

datae. Pronotum maculis 4 nigris ornatum necnon anterius et posterius nigro limbatum. Sutura inter fastigia capitis migrata. Lobulus posticus laminae subgenitalis ♂ rectus, totus subaeque angustus, apice rotundatus. Segmentum dorsale ultimum ♂ apice rostratum

4. *Gr. gestri* n. sp.

CC. Spinæ posticae tibiæ posticarum apice tantum fuscae, basi testaceae. Pronotum haud maculis distinctis 4 nigris ornatum, neque nigro limbatum. Sutura inter fastigia capitis haud migrata. Lobulus posticus laminae subgenitalis ♂ in medio constrictus, dein spatuliformiter transverse dilatatus, apice recte truncatus. Segmentum dorsale ultimum ♂ apice haud rostratum.

D. Statura magis robusta. Elytra maiora. Genicula picescentia. Pronotum pieco bivittatum. Frons et clypeus punctis nigris nullis

5. *Gr. puravica* n. sp.

DD. Statura minus robusta. Elytra minus longa et minus ampla. Genicula concoloria. Pronotum haud distincte pieco bivittatum. Frons punctis 2 nigris inferius ornata; clypeus etiam punctis 2 nigris praeditus. Occiput infuscatum

6. *Gr. diluta* n. sp.

Gryllacris dimidiata BRUNNER.

♀. *Gryllacris dimidiata* BRUNNER, 1888, Monogr. Stenopelmat. und Gryllacriden, in: Verh. zool.-bot. Ges. Wien, Vol. 38, p. 331.

KIRBY, 1906, Synon. Catal. of Orthoptera, Vol. 2, part 1, London, p. 140 (ex Insula Nova Britannia).

capucina n. subsp.

♂. A specie typica differt praecipue: capite pallido, testacco, fastigio verticis articulo primo antennarum leviter latiore; pronoto nigro vel castaneo, metazona et parte postica lorum lateralium pallide straminea; tibiis anticis et intermediis subtilus utrinque spinis tantum 3 armatis.

	G	B
Longitudo corporis	28,7 mm	37 mm
Longitudo pronoti	6,9	7,5
Longitudo clytrorum	42,5	46,2
Longitudo femorum anticorum	10,8	12
Longitudo femorum posticorum	20	23

Habitat: Nova Guinea.

Typus G. 1 ♂ (*Musaei Civici Hist. Natur. Januensis*) a Dre L. LORIA in localitate Lacumi, anno 1891, collectus. *Essiccatus.*

Typus B. 1 ♂ (*R. Musaei Zoologici Berolinensis*) a Dre ROHDE, 13./2. 1889, collectus. *In alcool.*

Caput modicum, pronoto latius, ab antico visum ovoideum. Occiput valde convexum, pominulum; fastigium verticis parum minus convexum rotundatum, lateribus rotundatis, articulo primo antennarum latius sed eius latitudinem $1\frac{1}{2}$ non attingens. Frons depressiuscula, inferius distincte et sat grosse impresso-punctata: clypeus modice longus, labrum sat magnum, sulci suboculares sinuati.

Color capitis testaceus; in G fronte obscuriore, occipite, labro et palpis pallidioribus; in B fronte ut occipite testacea, clypeo labroque infuscatis; maculae ocellares verticis subtiles, lineares; macula ocellaris fastigii frontis ovato-subquadrata; omnes pallide flavae, distinctae, acute circumscriptae. Antennae cum reliquo capite testaceae. Mandibulae piceae.

Pronotum convexum, lobis deflexis parum adpressis. Margo anticus in medio rotundato leviter productus, lateribus minime sinuatis; sulcus anticus in medio breviter subnullus sed ad latera optime expressus, calliformis; sulculus longitudinalis abbreviatus linearis, parum expressus, postice fossulam efficiens; sulcus posticus nullus; metazona non ascendens; margo posticus subrotundatus. Lobi laterales modice humiles, longiores quam altiorem, postice distincte altiorem, margine infero ante coxas anticarum ample sinuato, angulo antico expresso, obtuse rotundato, angulo postico oblique truncato, margine postico subverticali, sinu humerali parvo sed expresso; sulcus V-formis latus, ramo antico profunde impresso, ramo postico parum impresso, sulcus posticus modicus, gibbositates inter ramos sulci V-formis et supra sinum humeralem sat convexae.

Color pronoti in G niger, leviter nigro-violaceus, nilens, in B castaneus, sed in utroque specimine metazona et parte postica loborum lateralium pallide stramineis, colore stramineo metazonae, lato circiter 1,8 mm, marginem posticum tangente et in lobos laterales usque ad medium marginis inferi descendente, ideoque ibi gradatim subdilato, semper marginem posticum tangente et antevius a colore obscuro perfecte diviso. Margo loborum lateralium circum angulum anticum niger vel castaneus ut color partis anticae pronoti ibi eum attingens; margo horum loborum in dimidio postico et margo metazonae in specimine G ferrugineo-testacei, in specimine B margine ipso subtilissime, regulariter et distincte castaneo limbo. In specimine G margo anticus dorsi in medio testaceus, hoc colore postice in colorem nigrum

subtriangulariter expanso, in ferrugineum et piccum vergente et denique cum colore nigro confuso; in specimine B pars magna castanea supera uniformis, sine plaga antica testacea, sed tantum hic illic maculas dilute pallidiores incerte delineatas, regulariter dispositas (2 anticās laterales, 2 posticas laterales, 1 anticam mediam longitudinalem linearem, 2 longitudinales posticas approximatas convergentes) includit.

Elytra longa, sat lata, marginibus subparallelis, apicem versus latiora, ibique latitudinem 13 mm attingentia, apice rotundata, subhyalina, leviter testacea, venis testaceis, renulis campi antici (inferi in quiete) fusco-piceis, renulis campi postici basi ferrugineo-fuscis, post medium elytri ferrugineis et testaceis; in specimine B macula basalis humeralis sat parva castanea in utroque elythro ad basin, post venas radiales (superne in quiete) adest. — Alae longae, modice latae, hyalinae, campo antico et apice venis vanulisque testaceis, ideoque ibi elytris subsimiles, quamvis pallidiores; caeterum, maxima parte, hyalinae, leviter roseae, venis renulisque testaceis.

Pedes longiusculi, maxima parte pallide testacei, femoribus subtus plus minusve castaneis vel piceis, tibisque post basin superne macula nigra ornatis, fere annulatis. In specimine G femora antica testacea apice sat late pallide flavido, subtus et intus ad marginem inferum parum picescentia; femora intermedia subtus et extus ad marginem inferum piceo-nigra, nitida; femora postica testacea, extus ad marginem inferum nigro-cyanea nitentia; in specimine B femora 4 antica subtus sat dilute castanea, femora postica inferius, extus, incerte et irregulariter dilutissime castanea. Tibiae anticae et intermediae subtus utrinque spinis longis 3 instructae, excepta spina apicali brevi, his spinis in specimine B apice distincte pallido; color harum tibiarum pallide flavido-testaceus, post basin superne annulo subtili nigro nitido cinctus. Femora postica basi modice incrassata, apicem versus sat longe attenuata, subtus margine externo usque ad 11 spinoso, margine interno usque ad 20 spinuloso, spinis his omnibus nigris. Tibiae posticae superne post basin optime deplanatae, extus spinis 7, intus spinis 6—7 nigris, basi testaceis, armatae. Color harum tibiarum pallide testacco-flavescens, excepta basi ad genicula picea et post geniculum pallidiorē sed annulo nigro modice subtili et distincto limitata.

Abdomen testaceum; in specimine B segmentis dorsalibus utrinque inferius leviter obscurioribus, et segmentis ventralibus utrinque castaneis (ideoque ventre toto castaneo bivittato). Segmentum dorsale ultimum ♂ convexum, apice decurrum, subeucullatum, apice leviter attenuatum, in G verisimiliter truncatum, in B angulo acuto sensim excisum, lobis late rotundatis, spinulas duas parvas nigratas incurvas obtegens. Cerci subrecti. Lamina

subgenitalis ♂ *transversa, inaequalis, apicem versus leviter attenuata, ibique in medio lobo distincto furcato-bilobo, lobulis divergentibus marginibus reflexis praedito, instructa. Styli longiusculi.*

Gryllaeris ligata BRUNNER.

♂, ♀. *Gryllaeris ligata* BRUNNER, 1888, Monogr. cit., p. 359—360.
KIRBY, 1906, Catal. cit., p. 146 (ex Insula Nova Britannia).

divisa n. subsp.

♂. *A typo speciei differt praecipue: statura minore, fronte impresso-punctata, fascia frontali transversa in medio constricta subinterrupta, ideoque e maculis duabus magnis triangularibus confecta, quarum basi verticaliter sub oculis sita, dum verticibus intus versis sunt coniunctae: pronoto tantum in suleis V-formibus loborum lateraliun castaneo picto; valvulis subanalibus haud longitudinaliter productis; stylis laminae subgenitalis haud compressis.*

<i>Longitudo corporis</i>	34 mm
<i>Longitudo pronoti</i>	7,2
<i>Longitudo elytrorum</i>	41,3
<i>Longitudo femorum anticorum</i>	9,7
<i>Longitudo femorum posticorum</i>	16,4

Habitat: Nova Guinea.

Typus: 1 ♂ (R. Musaci Zoologici Berolinensis), in alcohol.

Corpus robustum, crassiusculum, sat elongatum, pedibus crassiusculis; pallide testaceo-stramineum, concolor, exceptis capite et pronoto parce castaneo pictis.

Caput minusculum, pronoto distincte latius, ab antico visum grosse ovoidem. Occiput regulariter convexum; fastigium verticis anterius depressiusculum, lateribus sensim angulatis fere levissime subcarinulatis, superficie minutissime et parce rugulosa, latitudinem circiter duplam primi articuli antennarum subattingens. Frons magna, depressiuscula, inferius concaviuscula, tota minute et crebre rugulosa, punctis impressis sat numerosis et haud parvis praedita, utrinque in medio, circiter sub antenna, puncto impresso maiore instructa. Sulei suboculares distincti, subrecti, posterius sensim obliquati, inferius latiores. Clypeus solito modo confectus, trapetioideus, inaequalis. Labrum lute oratum suborbiculare, apice perparum sed latiuscule incisum.

Color capitis stramineus, antennis, palpis, labro, clypeoque concoloribus. Frons transverse inferius castaneo vittata, vitta castanea utrinque usque sub oculo dilatata, in medio attenuata et subinterrupta, ideoque haec vitta videtur e maculis 2 triangularibus confecta, basi verticaliter sub oculo sita, verticibus intus versis subconiunctis. Basis et vertex harum macularum dilutiores. Maculae ocellares parvae et parum distinctae; macula ocellaris frontalis ovalis-rotundata. Mandibulae testaceae, apice infuscae.

Pronotum latum, crassum, lobis lateralibus parum adpressis, a supero visum latius quam longius. Margo anticus parum rotundatus, minime productus; sulcus anticus totus aequaliter expressus, valliformis; sulculus longitudinalis abbreviatus sat expressus, postice fossularis; sulcus posticus etiam, quamvis minime profundus, optime expressus. Inter sulcum posticum et sulcum anticum, pronotum est convexum; post sulcum posticum metazona (circiter 1,5 mm lata) planata, minute transverse rugulosa, et sensim ascendens. Margo posticus truncatus, in medio sinuatus. Lobi laterales trapetioidei, longiores quam altiores, postice parum altiores, margine infero recto, angulo antico late rotundato, angulo postico truncato, margine postico verticali, sinu humerali parvo, distincto. Sulcus V-formis optime impressus, ramis aequaliter excavatis; sulcus posticus subnullus; intercalli valde gibbulosi.

Color pronoti ut reliqui corporis stramineus, superne in medio leviter testaceus; sulcis V-formibus castaneis gibbulam dilute castaneam amplectentibus, inferius vertice macula castanea cum margine infero subcontiguo; gibbulae dilute castaneae a sulcis V-formibus inferius castaneis limitatae, superne etiam sunt leviter castaneo marginatae.

Elytra longa, apicem abdominis et femorum posticorum longe superantia, testacea subhyalina, venis venulisque pallide testaceis concoloribus; latitudinem 13 mm circiter attingentia, apice rotundata. Alae hyalinae, venis venulisque pallidis, clytra perparum superantes.

Pedes crassiusculi, straminei. Tibiae anticae et intermediae subtus utrinque spinis 3 concoloribus modice longis praeditae, exceptis spinis apicalibus solitis brevioribus. Femora postica basi sat incrassata, ad apicem parum attenuata, parte attenuata crassiuscula et brevi, subtus margine externo 8-spinoso, spinis sat robustis, summo apice fuscis, margine interno tantum spinulis 5—6 parvis, apice fuscis, praedito. Tibiae posticae robustae, post basim superne deplanatae, margine externo spinis 6—7, margine interno spinis 6 apice nigratis, necnon spinis apicalibus etiam apice nigris, instructae. Tarsi validissimi, manusculi, concolores, unguiculis apicalibus apice nigris.

Abdomen stramineum. Segmentum octavarum dorsale productum; seg-

mentum novum convexum, cucullatum, superne utrinque crasse gibbulosum, apice inferius verso breviter attenuato, leviter obscuriore, subacute rotundato, integro, spinulas duas approximatas, sat robustas, dimidio apicali nigro incurvas, obtegens. Cerei longiores, valde pilosi. Lamina subgenitalis transversa, in medio subconca, apice in lobum medium angustum, furcatum, bilobum, lobulis divergentibus, terminata. Styli crassi, longiusculi.

Potrebbe forse appartenere a questa sottospecie la *Gryllacris* sp. (♂, Nympha, nahe *G. ligata* BR.) descritta da KRAUSS nel 1902 in Orthopteren aus Australien und dem Malayischen Archipel, ges. von SEMON, in: SEMON, Zoolog. Forschungsreisen Austral. Malayischen Archipel; Denkschr. Jena. Ges. Med. Naturw., Vol. 8, p. 765—766. Il numero delle spine dei femori posteriori vi è però notevolmente diverso.

Gryllacris ligata humeralis n. subsp.

♀. *Statura et structura fere subspeciei praecedentis, sed pictura atra capitis et pronoti valde evoluta et circiter ut in specie typica, a qua tamen semper differt propter frontem impresso-punctatam et propter staturam minorem; a specie typica et a subspecie divisa n., propter utrumque elytrum maculam basalem magnam humeralem subtriangularem atram gerentem, distincta.*

<i>Longitudo corporis</i>	30 mm
<i>Longitudo pronoti</i>	7,7
<i>Longitudo elytrorum</i>	38,3
<i>Longitudo femorum anteriorum</i>	9,9
<i>Longitudo femorum posteriorum</i>	16,9
<i>Longitudo ovipositoris</i>	25,1

Habitat: Sattelberg, in Deutsch Neu-Guinea.

Typus: 1 ♀ (collectionis meae), D. H. ROLLE acquisita.

Caput ab antico visum orbiculare; fastigium verticis ut in subspecie praecedente, lateribus subcarinulatis, latitudinem fere duplam primi articuli antemurum subattingens. Frons eodem modo confecta, inferius concaviuscula, tota impresso punctata, punctis 2 maioribus tamen perparum distinctis: clypeus brevis, labrum eodem modo late ovatum.

Color capitis cum fastigio frontis et parte supera maiore genarum testacco-stramineus, clypeo, labro, mandibulisque leviter obscurioribus, his apice fuscis. Frons sublota a ritta permagna atra transversa repleta, hac vitta margine supero in medio leviter sinuato, utrinque serobes antennarum

tangente, dein in genis angustata, ibique margine supero descendente; color ater hujus vittae etiam in basin chypei transverse extensus. Maculae ocellares ut in subspecie praecedente, fere indistinctae.

Pronotum omnino ut in subspecie divisa m. confectum, forsan lobis lateralibus postice levissime altioribus. Color pronoti superne, excepta metazona, ater, nitidus, in spatium a sulco V-formi amplexum in utroque lobo laterali descendens usque ad marginem inferum; ideoque in lobis lateralibus pars anterior (ante ramum anticum sulci V-formis) et pars posterior (pone ramum posticum sulci V-formis) sunt pallide testaceo-stramineae ut metazona dorsi; margo ipse inferus loborum lateralium, subtilissime pallidus, colorem pallidum partis anticae cum colore pallido partis posticae inferius parum manifeste coniungit. Color pallide stramineus metazonae regulariter utrinque in partem posticam loborum lateralium descendit, cum margine postico semper contiguus, partem posticam pallidam horum loborum efficiens. Pars supera maior atra anterieus in medio leviter testaceo videtur longitudinaliter unilineata, posterius utrinque maculam parvam testaceam supra ramum posticum sulcorum V-formium includit, necnon nebulas incertissimas sublineares.

Elytra et alae circiter ut in subsp. divisa m., sed utroque elytro macula basali atra majuscula, circiter 5,5 mm longa, subtriangulari, atra, supra humeros praedita; haec macula in utroque elytro inter venas principales divergentes locata, vertice basim versus in coniunctione basali harum venarum sito, lateribus cum venis principalibus contiguus, basi posterius parum definita.

Pedes sat elongati. Tibiae anticae et intermediae, ut in subspecie praecedente spinosae (per exceptionem tibia antica dextra spinis 4 praedita); femora postica basi crassa, parte apicali attenuata breviuscula, subtus margine externo 6-spinoso, spinis sat robustis, apice fuscis, margine interno tantum spinulis 4—5 minimis, apice fuscis, armato. Tibiae posticae ut in subspecie praecedente.

Ovipositor, lamina subgenitalis, segmentum ventrale ultimum ♀ appendiculo parvo praeditum, ut in descriptione speciei Brunneri.

***Gryllacris gestri* n. sp.**

♂, ♀. *Verisimiliter apud Gryllacridem plebeiam STÅL locanda. Sat majuscula, parum robusta, subelongata; testacea, articulo primo antennarum inferius nigro maculato necnon fronte superne circum insertiones antennarum subtiliter et distincte nigro marginata, articulo secundo nigro, reliquis in piccum et in ferrugineum vergentibus; capite testaceo maculis ocellaribus*

parvis, quarum frontali tantum distincta: pronoto testaceo antice posticeque subtiliter nigro limbato, necnon maculis parvis 2 anticis et 2 posticis nigris ornato; pedibus testaceis, geniculis omnibus nigris tibiisque anticis interdum superne leviter picescentibus, tibiis posticis post geniculum testaceis ibique macula nigra praeditis, spinis pedum 4 anticorum fuscis, pedum posteriorum nigris, tibiarum posteriorum nigerrimis et basi distincte late nigerrima praeditis; elytris subhyalinis, leviter testaceis, venis venulisque saturatis testaceis, alis hyalinis, venis venulisque pallide testaceis; segmentis abdominalibus dorsalibus utrinque inferius macula laterali dilute picea ornatis, segmentis ventralibus omnibus piceo bimaiculatis; lamina subgenitali ♂ lobulo postico recto, toto subaeque angusto, apice rotundato, instructa; oripositoris ♀ longo, rectissimo.

	♂	♀
<i>Longitudo corporis</i>	31 mm	28,2 mm
<i>Longitudo pronoti</i>	6	6
<i>Longitudo elytrorum</i>	32,5	32
<i>Longitudo femorum anticorum</i>	9,4	9,9
<i>Longitudo femorum posteriorum</i>	16,7	17
<i>Longitudo ovipositoris</i>	—	22

Habitat: Moroka, in Nova Guinea.

Typi: 1 ♂ et 1 ♀ (Musaei Civici Hist. Natur. Januensis) a Dre L. LORIA, anno 1893, collecti.

Mas et foemina persimiles; color ♀ tantum leviter pallidior, fere flavido-testaceus.

Caput modicum, ab antico visum orale-elongatum. Occiput convexum, prominulum; fastigium verticis rotundatum, lateribus rotundatis, articulo primo antennarum sensim sed minime latius. Frons sub lente punctulis quibusdam impressis dispersis praedita, convexa, sed supra clypeum depresso-concaviuscula, ut vertex nitida, sub lenie fortiori minime rugulosa. Clypeus trapetioidalis longiusculus; labrum ovale-elongatum.

Color capitis fere undique testaceus, excepta linea suturali transversa inter fastigia capitis sita, subtiliter et distincte nigra, necnon marginibus interno et infero scrobium antennarum aequaliter linea recta nigra distinctissima limbatis, his lineis sub antenna angulum rectum efficientibus, vertice parum dilatato, maculiforme. Maculae ocellares flavae, verticis perparum distinctae, angustae, laterales, frontalis parva, orato-rotundata, sat distincta. Labrum et palpi pallidiora, palpis maxillaribus articulis dilute et raro fusco annulatis, labiulibus apice valde dilatatis. Mandibulae extus testaceo-ferrugineae. Articulus primus antennarum crassiusculus,

testaceus, ima basi nigro maculatus, apice subtiliter nigro limbatus; articuli 2—7 nigri, in piccum vergentes, reliqui in ferrugineum et denique ferruginei.

Pronotum lobis lateralibus parum adpressis praeditum; margine antico rotundato sed supra occiput minime producto, sulco antico subnullo, sulculo abbreviato longitudinali parvo, sat distincto, sulco postico antemarginali subnullo, margine postico recte truncato, superficie dorsali inaequali; lobi laterales humiles, distinctissime longiores quam altiores, postice minime altiores, subrectangulares, margine infero minime sinuato, angulo antico rotundato, postico rotundato-truncato, marginibus antico et postico leviter obliquis, sinu humerali subnullo: sulcus V-formis et sulcus posticus modice impressi. Metazona haud ascendens.

Color pronoti testaceus sat nitidus. Margo anticus et margo posticus subtiliter nigro limbati, colore nigro marginis antici supra deflexionem lorum lateralium leviter et breviter postice extenso. Maculae parvae duo anticae subtriangulares obliquae et maculae duo posticae perparvae punctiformes vel subovales, illae post marginem anticum, istae parum ante marginem posticum, nigrae, superne adsunt.

Elytra abdomen optime superantia, alis distincte breviora, sat angusta, marginibus subparallelis, latitudinem maximam circiter 9,5 mm attingentia, apice rotundata, fere hyalina, levissime testaceo tincta, venis venulisque testaceis vel testaceo ferrugineis: venae principales testaceae, venae secundariae et praesertim venulae ferrugineae. Alae sat amplae, hyalinae, leviter rosco tinctae, parte antica apicem versus et apice elytris similibus, caeterum maxima parte venis pallide testaceis, venulis pallidissimis.

Pedes pallide testacei, sub lente longe sed parum conferte pilosi. Apex summus femorum et ima basis tiliarum (ideoque genicula) distinctissime nigra, hoc colore in ♂ magis obscuro et leviter minus angusto; color niger genualis in tibiis anticis ♂ anterieus continuatur, valde dilutus, picescens, ante apicem et ad latera evanescent; apex extremus harum tiliarum in ♂ rursus leviter piceus; color niger genualis in tibiis intermediis et posticis magis nitidus, abrupte terminatus: in tibiis posticis color testaceus colorem nigrum genualem sequens in parte basali superne rursus nigro maculatus, macula subquadrata; in tibiis intermediis macula similis adest sed cum colore nigro genuali coniuncta, vittam unicam genualem efficiens.

Tibiae anticae et intermediae subtus utrinque spinis elongatis 3 fuscis, summo apice pallidis, praeditae, exceptis spinis apicalibus parvis pallidioribus. Femora postica basi modice dilatata, ad apicem attenuata, parte attenuata modice longa et modice exili, subtus in utroque margine apicem versus spinulis nigris circiter 7, basi haud nigro circumdati, armata. Tibiae

posticae superne post basim planiuseculae, et in utroque margine spinis 6 nigerrimis et basi distincte atque definite nigerrimo circumdatis, instructae, necnon spinis apicalibus solitis fuscis apice nigris, praeditae.

Abdomen testaceum, segmentis dorsalibus in utroque latere inferius piceo dilute unimaculatis, segmentis ventralibus omnibus basi late piceo bimaculatis.

Segmentum dorsale ultimum ♂ convexum, posterius leviter decurvum, apice lobulum breven rostriformem inferius versum, superius concavum, subacutum sed haud acuminatum, gerens. Cerci longi, subtiles, longe pilosi. Lamina subgenitalis transversa, lateribus et apice utrinque crassa, in lateribus apicis stylis sat longis, rectis, subconicis, praedita, quorum basis in tumescentiis duabus apicalibus laminae est inserta; postice in medio haec lamina lobum rectum retrorsum versum, dimidiam styliorum longitudinem attingentem, stylis minime latiore, totum subaeque angustum, apice rotundatum, praebet.

Segmenta dorsalia ultima ♀ solito modo brevia. Ovipositor longus, rectissimus, angustus, apice acuminatus, testaceo-ferrugineus nitidus. Lamina subgenitalis ♀ sat ampla, apice rotundata, lateribus externis ante apicem sinuatis.

Ho dedicata questa rimarchevole specie al prof. cav. R. GESTRO, chiaro zoologo, vicedirettore del Civico Museo di Genova, che gentilmente ha messo a mia disposizione, per questi studi, il ricco materiale scientifico e la biblioteca del Museo.

Gryllacris purarica n. sp.

♂. *Gryllacridi gestri n. sp. similis et valde proxima; ab ea differt praecipue elytris majoribus, pronoto late piceo bivittato, geniculis tantum picescentibus, tibiis posticis supra post basim picescentem haud maculatis, spinis nigricantibus sed basi haud nigro circumdatis, segmento abdominali dorsali ultimo apice haud rostrato, lamina subgenitali apice lobulum breviorum et latiorum, depressum, in medio constrictum, efficiente. Corpore colore leviter fuscior: capite maculis ocellaribus nullis, sutura inter fastigia haud nigrata, antennis totis testaceo-ferrugineis.*

<i>Longitudo corporis</i>	29,5 mm
<i>Longitudo pronoti</i>	6
<i>Longitudo elytrorum</i>	37
<i>Longitudo femorum anteriorum</i>	9,4
<i>Longitudo femorum posteriorum</i>	17,4

Habitat: Apud flumen Purari, in Nova Guinea.

Typus: 1 ♂ (*Musaci Civici Hist. Natur. Januensis*) a Dre L. LORIA, anno 1894, collectus.

Color corporis ferrugineus. Caput ut in specie praecedente, magis elongatum, occipite et vertice eodem modo confectis, maculis ocellaribus tantum sub lente distinguendis sed cum reliquo capite concoloribus vel leviter fuscioribus. Labrum maxima parte piccum, excepto in medio ubi verticaliter ferrugineum; mandibulae apice piccae; palpi testaceo-ferrugini, partim dilutissime picco tincti. Antennae unicolores, testaceo-ferruginae, primis articulis cum reliquis concoloribus; scrobes antennarum subtus et intus ut in Gr. gestri subtiliter piceo limbati, his limbis angulum rectum sub antenna efficientibus, vertice leviter dilatato, maculiforme.

Pronotum eirriter ut in Gr. gestri confectum, lobis lateralibus eodem modo parum adpressis; sulco antico melius expresso; lobis lateralibus distinctius postice quam antice altiores, margine infero obliquo, angulis rotundatis, sinu humerali leviter expresso, sulco late V-formi magis profundo.

Color pronoti ferrugineo-testaceus, margine antico dorsi (excepto breviter in medio) et margine postico subtiliter dilute picescentibus, necnon vittis latis duabus lateralibus supra deflexionem loborum sitis et parum in lobos descendentes, piccis, praeditis; villae hae irregulares, parum post marginem anticum orientes et subito dilatatae, sulcum V-formem replentes, postice attenuatae, marginem posticum attingentes. Spatium vittaeforme dorsale latum testaceo-ferrugineum inter has vittas situm, usque post medium gradatim angustatum, denique rapide dilatatum.

Elytra longa et lata, apicem versus leviter dilatata, latitudinem maximam 12 mm attingentia, margine postico late rotundato, apice rotundata, subhyalina, leviter testaceo tineta, venis venulisque omnibus testaceo-ferruginis. Alae longae, modice amplae, hyalinae, leviter roseo tinetae, anterie ad apicem elytris similes, caeterum, maxima parte venis venulisque pallide testaceis.

Pedes testaceo-ferrugini, apice femorum et basi tiliarum (ideoque geniculis) picco tinctis. Spinae tiliarum 4 anticarum ut in Gr. gestri utrinque 3 longae, sed cum tibiis concolores. Femora postica ut in Gr. gestri confecta, subtus utrinque usque ad 12-spinulosa, spinis subapicalibus maioribus, tantum apice nigratis. Tibiae posticae supra utrinque spinulis 6 basi testaceis, apice nigratis, praeditae.

Abdomen ferrugineum, maculis speciei praecedentis haud expressis. Segmentum dorsale ultimum ♂ converum, posterius decurvum, apice subtruncatum, in medio leviter emarginatum, lateribus emarginationis leviter

rotundatis. Lamina subgenitalis etiam transversa, styli longiusculis, subconicis, eodem modo in tumescentiis lateralibus orientibus, in medio lobum rectum latiusculum et brevem, planum depressum, lateribus sinuatis quia in medio constrictum, apice transversum, dilatatum, angulis rotundatis, gerens.

Gryllacris diluta n. sp.

♂, ♀. *Gryllacridi puraricae n. sp. valde proxima et similis; ab ea differt praecipue: statura leviter minore, elytris multo minus longis et minus latis, venis venisque concoloribus testaceis vel pallidioribus; geniculis concoloribus, nec nigris neque distincte picescentibus; pronoto subunicolore testaceo, nec nigro neque picco limbato, vittis piceis subnullis vel nullis; capite maculis ocellaribus sat distinctis, fronte punctis 2 nigris et basi clypei etiam punctis 2 nigris ornata.*

	♂	♀
Longitudo corporis	25—28,5 mm	28 mm
Longitudo pronoti	6—6,5	6,5—7
Longitudo elytrorum	29—32,6	29,4—30,7
Longitudo femorum anticorum	9—9,4	9,5—10
Longitudo femorum posticorum	16,5—17	17,3—17,5
Longitudo oripositoris	—	23,6

Habitat: Nova Guinea.

Typi: 2 ♂ (collectionis meae) D. BANG-HAAS acquisiti, indicationem: „Deutsch N. Guinea“ gerentes.

2 ♀ (R. Musaei Zoologici Berolinensis), quarum una indicationem: „N. Guinea, FRUHSTORFER“, altera indicationem: „N. Guinea, MULLER“, gerens.

Color corporis ferrugineo-testaceus.

Caput ut in Gr. gestri. Fastigium verticis anterius minus convexum, lateribus tumidulis. Vertex infuscatus, interdum nigratus, occiput magis dilute infuscatum; in ♂ interdum etiam pars supera genarum leviter infuscata; maculae ocellares fastigii verticis angustae, elongatae, pallidae, sat distinctae sed haud bene limitatae; macula frontalis modice distincta vel subindistincta. Sutura inter fastigia capitis haud nigrata vel tantum utrinque punctulo nigro ornata. Scrobes antennarum intus et subtus (subtus subtilius et interdum brevius vel indistincte) nigro limbati, his limbis angulum rectum sub utraque antenna efficientibus, verticibus leviter dilatatis at in

vittae breves piceae in medio frontis perductae; caeterum frons testacea, punctis duobus nigris vel nigricantibus, parvis sed distinctis, inter se valde remotis, inferius praedita. Sub utroque oculo macula fusca vittaeforme inferius plus minusve incerte producta adest. Clypeus basi in medio utrinque puncto parvo nigricante praeditus; his 2 punctis bene distinctis. Labrum interdum infuscatum, interdum tantum partim et incerte, interdum cum reliquo capite testaceum. Palpi testacei unicolores; antennae ferrugineae unicolores, raro articulo primo extus leviter fusco maculato.

Pronotum circiter ut in *Gr. gestri* confectum, sensim longius quam latius, lobis lateralibus postice minime altioribus. Color pronoti ferrugineotestaceus, marginibus concoloribus. Vittae piceae *Gr. puraricae* nullae vel incertissime delineatae, subnullae, interruptae, confusae, nebulis tantum plurimis indefinitis, dilutis, confectae.

Elytra abdomen et femora postica optime superantia, sed quam in specie praecedente minus evoluta, sat lata tamen, latitudinem 10,5 mm attingentia, testacea pallida, venis venulisque testaceis concoloribus vel pallidioribus. Alae ut in specie praecedente.

Pedes testacei, geniculis nec nigris neque piceis. Tibiae post basim pallidae et deinde superne annulo fusco plus minusve inconspicuo (interdum omnino nullo) ornatae. Spinae tibiarum 4 anticarum ut in specie *purarica* cum tibiis concolores, testaceae. Femora postica eodem modo confecta, subtus utrinque circiter 9—12 spinulosa, spinulis tantum apice nigratis, in margine interno plus quam in externo saepe numerosis. Tibiae posticae superne extus spinis 7 (raro 6) intus spinis 6 armatae, his spinis basi testaceis, tantum apice infuscatis.

Abdomen ferrugineum, maculis ventralibus in ♂ sat distinctis. Genitalia ♂ ut in *Gr. purarica* (haud ut in *Gr. gestri*). Ovipositor ♀ rectissimus, longus, ferrugineus, nitidus, totus subaeque angustus, apice acuminatus. Lamina subgenitalis ♀ sat ampla, rotundata, fere semicircularis, apice levissime emarginato.

N o t a.

Durante la pubblicazione di questo lavoro ho ricevuto in comunicazione nuovi Grillacridi da vari Musei. Nelle collezioni del Museo di Budapest ho trovato alcune nuove *Papuogryllacris* le cui descrizioni saranno pubblicate negli Annali del Museo Nazionale di Budapest.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Zoologische Jahrbücher. Abteilung für Systematik, Geographie und Biologie der Tiere](#)

Jahr/Year: 1910

Band/Volume: [28](#)

Autor(en)/Author(s): Griffini Achille

Artikel/Article: [Il sottogenere Papuogryllacris. 139-154](#)